



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

CCXX. Papst Nicolaus V. bestätigt das Prämonstratenserkloster auf dem Berge zu Brandenburg, am 1. Juli 1448.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

geboren vnseren Oheimen vnd wolgeboren vnser Rete vnd lieben getruwen Adolff furfte czu anhalt vnd graffe von Affchanien, Albrecht graue von lyndow vnd herre czu Reppin, hans von waldow, Rittere, hans von Arnym, heyne pful vnd andere mer: vnd des czu orkonde vnd merer sicherheit haben wir obgnanpter Marggraffe friderich der elder vnser Ingezigel mit willen vnd guten wissen an disen brieff vor vns vnd vnfern obgnanpten lieben Brudern Marggraffen fridrich den Jungen vnd vnser beider erben laszen hengen, vnd des sigels wir vns obgnanpter Marggraff fridrich der Junge vff difmal mit hiran mechtlichen gebruchen. Geben czu Berlin, am Sontage nach Epiphanie, Anno domini etc. XLVII.

R. Ulrich Czewffchel.

Nach dem Kurmärk. Lehnscopialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs XX, 190.

**CCXX. Pappst Nicolaus V. bestätigt das Prämonstratenserkloster auf dem Berge zu Brandenburg, am 1. Juli 1448.**

Nicolaus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ea, que pro ecclesiasticis, presertim regularibus locis ac in eis divino famulatu perpetuo mancipatis personis pie ac provide facta sunt, firma debent et illibata persistere, et ut a futuris litium eventibus tutiora reddantur illa apostolico convenit munimine roborari. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Frederici Marchionis Brandenburgensis nuper nobis exhibita petitio continebat, quod cum Monasterium Beate Marie Virginis in Monte extra veterem Civitatem Brandenburgensem ordinis Premonstratensis per dilectos filios Prepositum, Priorem, et Capitulum, ecclesie Brandenburgensis ejusdem ordinis, cooperante ipso frederico eiusque procuratore fundatum et dotatum existat dictoque Monasterio certe parrochiales ecclesie pro illius mantentione et personarum pro tempore inibi altissimo famulantium auctoritate ordinaria dudum incorporate unite et annexe fuerunt ipseque Marchio cum sua societate, quam habet ad Monasterium huiusmodi, illiusque personas propter regularem observantiam, que inibi observatur, non modicam gerat devotionem, in quo etiam nobiles de societate dicti Marchionis existentes prout fertur sepeliuntur, et divina officia pro salute animarum earundem peraguntur. Quare pro parte dicti Frederici nobis fuit humiliter supplicatum, ut fundationi, dotationi, incorporationi, unioni et annexioni parrochialium ecclesiarum prefatarum, ut premittitur, factis, pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiacere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Marchionis in hac parte supplicationibus inclinati ac Monasterii, ac parrochialium ecclesiarum eidem ut prefertur incorporatarum, unitarum et annexarum, earum valores annuos nec non earundem ecclesiarum nomina, et cognomina loca et designationes presentibus et sufficienter expressa habentes, fundationem et dotationem dicti Monasterii nec non incorporationes, uniones et annexiones prefatarum parrochialium ecclesiarum, ut prefertur, factas et quecumque inde secuta, rata, et grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, omnesque et singulos defectus, si que intervenerint in eisdem — supplemus. Nulli ergo etc. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, Kalendis Julii, Pontificatus nostri Anno primo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive. Nicolai V. Anni I pag. 97. T. IV.